

isti doech. Sed quis de deo presumat ad temporalia: tamē vt dicant sibi: colo deus meus qui me factururus est diuitem in terra: qui mihi filios daturus est: qui mihi uxore daturus est. Talia quidē non dat nisi deus: sed non vult se propter talia diligi deus. Non enim sepe ista dat et malis: vt aliud ab illo discant querere boni. Quomō ergo tu dicis: speraui in misericordia dei: Forte ad temporalia adipiscenda: immo: **In eternum et in seculū seculi.** Quod dixit in eternum: repetere voluit adiuciendo in seculū seculi: vt confirmaret ibi repetēdo: quod fundatus esset in dilectione regni celozū: et in spe eterne felicitatis. **Confitebor tibi in seculū quoniam fecisti:** Quid fecisti: Boech dominasti. Baud coronaisti. **Confitebor tibi in seculū quoniam fecisti.** Magna cōfessio: quoniam fecisti. Quid fecisti: nisi hec ipa que supra dicta sunt: vt tā quod oliua fructifera in domo dei sperare in misericordia dei in eternum: et in seculū seculi. Tu fecisti: impius iustificare se nō potest: Sed quis est qui iustificat: Credenti inquit in eum qui iustificat impiū. Quid enim habes quod nō accepisti: Si autē accepisti: quid gloriaris quasi nō acceperit: quasi ex te habeas: Absit vt et ego sic gloriar: ait iste qui oppositus est contra Boech: qui tolerat Boech in terra: donec emigret ille de tabernaculo et eradicetur de terra viuentiū. Nō glorioz quasi nō acceperim: sed in deo glorioz: et confitebor tibi quoniam tu fecisti: id est quod tu fecisti: nō ex meritū meis: sed ex misericordia tua. Ego enim quid feci: Si recolas: pater fui blasphemus et persecutor et iniuriosus. Tu autē quid fecisti: Sed misericordiā cōsecutus sum: quia ignorās feci: Confitebor tibi in seculum quoniam fecisti. **Et expectabo nomen tuum quoniam iocundum est.** Amaruz est seculū: sed nomen tuū iocundū. Et si dulcia quedam sunt in seculo: sed cū amaritudine digerunt. Preponitur nomē tuū: non solū magnitudine sed etiā iocunditate. Narrauerūt etenim mihi iniusti delectatiōes: sed nō sicut lex tua dñe. Neque enim si nihil dulce eēt martyribus: tantas tribulationū amaritudines eque animo sustinerēt. Amaritudo corū a quouis sentiebat: dulcedinē corū nō facile quisquam gustare poterat. Nomē ergo dei iocundū amantibus deum super omnes iocunditates. Expectabo nomē tuū: quia iocundū est. Et cui probas quod iocundū est: Ba mihi

Alia fra  
† domine.  
† quia.

Alia fra.  
† bonū.

palatū cui iocundū est. Lauda deum quā tū potes: et exaggera dulcedinē eius quib⁹ valueris verbis. Homo nesciens quid sit mel: nisi gustauerit quod dicas nescit. Ideo magis ad exprimendū inuitās psalm⁹ quod ait: **Sustate et videte quoniam suavis est dominus.** Sustate non vis: et dicis iocundū ē. Quid iocundū est: Si gustasti in fructu tuo inuenias: nō in solis vocibus tāquam tantūmō in folijs: ne maledicto dñi arefere tanquam illa ficulnea merearis. Sustate inquit et videte quoniam suavis est dñs. Sustate et videte: tūc videbitis si gustaueritis. Homini autē nō gustanti: vñ pbas: Laudādo iocunditatē nominis dei quātocūque dixeris verba sūt. Aliud est gust⁹. Verba laudis eius audiūt et impij. Nō autē gustāt quod iocundū est nisi sancti. Proinde iste sentiens dulcedinē nois dei: et volēs explicare et volēs ostēdere: nec inueniēs: quib⁹ etenim sanctis nō opus est vt tu ostendas: quod ipsi gustant et norūt: impij sentire nō possunt quod gustare nolūt. Quid ergo facit de iocunditate nois dei: Tulit se cōtinuo a turbis impiozū. Expectabo inquit nomē tuū: quod iocundū est. **In respectu sanctorū tuorū.** Iocundū est nomē tuū: sed nō in respectu impiozū. Ego scio quod dulcis sit: sed his qui gustauerūt.

Explicit Tract. de ps. LI.  
Incipit Tract. de ps. LII.

Præfatio

**P**salmū istū vobiscū tractādū quoniam dñs suggerit suscipim⁹. **Futete fratres vt velim⁹: et orate vt possim⁹.** Si quod festinatōe forte ptermisero: implebit in vobis qui et nobis dare dignatur quod dicere potuerimus.

**Titulus eius est In finē p Amalech intellect⁹ ipsi Baud.**

**P**ro Amalech sicut in h. breozū interpretatiōib⁹ noim inuenim⁹: videt dicitur p parturiēte siue dolēte. Quis autē in hoc seculo parturiat et doleat: agnoscunt fideles: quod inde sūt. **Christ⁹ hic parturit: christ⁹ h dolet:** caput est sursum: mēbra deorsū. Neque enim nō parturiēs nec dolens: dicēt: **Saule saule quod me psequerit: Quo psequēte parturibat: eū cōuersum parturire fecit.** Namque et ipse postea illuminatus est: et illis qui psequantur mēbris insertus: eadē caritate pregnās dicebat: **Filioli mei quos iterū parturio donec christus formet in vobis.** Pro mēbrū igit christi: pro corpore eius quod ē eccle-

Mam  
... ipso bono...  
... caput sursum...  
... mēbra deorsū...  
... parturire fecit...  
... filii mei...  
... christus formet...  
... eccle-

fia: p vno ipso homine: id est: p ipsa vni-  
tate cui caput sursum est: psalmus iste can-  
tatur. Gemit autem et parturit: et dolet iste ho-  
mo. Quare et inter quos: nisi quia accepit et  
cognobit a capite suo dicente: Abundabit  
iniquitas et refrigescet caritas multorum: Si  
autem abundavit iniquitas et refrigescet cari-  
tas multorum: quis remanebit qui parturiat?  
Sequitur: Qui perseverauerit usque in fine  
hic saluus erit. Unde esset magnus perseve-  
rare: nisi inter molestias et temptationes et  
turbationes et scandala esset perseverandum.  
Nemo enim iubetur bona tolerare: sed pro  
isto quia dicitur: et pro isto quia cantatur vide-  
amus quid sit. Pro isto increpantur hic ho-  
mines: inter quos gemitur: inter quos do-  
let: et consolatio dolentis et perturbationis in psal-  
mi fine depromitur et exprimitur. Qui sunt er-  
go inter quos perturbationem et gemimus? Si in  
corpore christi sumus: si sub illo capite viu-  
mus: si in membris eius deputamur: qui sunt  
audi.

Expositio psalmi.

**D**ixit imprudens in corde suo:  
non est deus. Tale genus est ho-  
minum inter quos dolet et gemit cor-  
pus christi. Si tale hoc hominum genus est:  
non multos parturimus: quantum videtur occur-  
rere cogitationibus nostris perpauci sunt.  
Et difficile est ut incurramus in hominem qui  
dicat in corde suo: non est deus: tamen sic pau-  
ci sunt: ut inter multos timendo hoc dice-  
re: in corde suo dicat: quia ore dicere non au-  
dent. Non ergo multum est quod iubemur tole-  
rare: vix inuenitur: rarum hominum genus est: quod  
dicant in corde suo: non est deus. An vero  
alio intellectu discussus inueniri esse in plu-  
ribus: quod in paucis et raris et pene in nullis  
esse putabamus. Prodeat in medium quod male  
viuunt: inspiciamus facta flagitiosorum: faci-  
nosorum sceleratorumque hominum: quorum ma-  
gna turba est qui fouent quotidie peccata sua:  
qui factis in consuetudinem versis etiam vere-  
cundiam perdidierunt. Hec tanta hominum multi-  
tudo est: ut iter eos positum corpus christi:  
vix audeat reprehendere: quod non cogitur  
amittere: et pro magno sibi putet seruari inte-  
gritatem innocentie: ne faciat quod culpam iam  
per consuetudinem: aut non audeat: aut si au-  
sus fuerit facile erumpat reprehensio et recla-  
matio eorum qui male viuunt: quibus vox libera  
eorum quod bene viuunt. Et isti tales sunt: ut dicant in  
corde suo: non est deus. Tales conuincimus. Un-  
de conuincimus: facta sua deo placere arbi-

trantur. Non aliqui ergo ait: dicunt. sed di-  
xit imprudens in corde suo: non est deus.  
Qui usque adeo credunt esse deum: ut eidem  
deo arbitrantur placere quod faciunt: atque si  
intelligas prudens: quia imprudens dixit  
in corde suo: non est deus: si aduertas: si in-  
telligas: si discutias: qui putat deo placere  
facta mala: non cum putat deum. Si enim deus  
est: iustus est. si iustus est: displicet ei ini-  
sticia: displicet iniquitas. Tu autem cum pu-  
tas ei placere iniquitatem: negas deum. Si au-  
tem deus est cui displicet iniquitas: tibi au-  
tem non videtur deus cui displicet iniqui-  
tas. Non est autem deus: nisi cui displicet ini-  
quitas: cum dicis in corde tuo: fauet iniqui-  
tatem meis deus: nihil aliud dicitur quam non est de-  
us. Referamus nos ad illum intellectum: qui  
et de ipso christo domino nostro de ipso capite  
nostro occurrit. Ipse enim cum in forma ser-  
ui appareret in terra: dixerunt qui eum crucifi-  
xerunt: non est deus. Quia filius dei erat utique  
deus erat. Sed illi qui corrupti sunt et abomi-  
nabiles facti sunt: quod dixerunt: Non est deus:  
occidamus eum: non est deus. Habes vo-  
cem ipsorum in libro sapientie: sed primo il-  
los vide corruptos: ut possint dicere in cor-  
de suo: non est deus. Premisso enim versu  
dixit imprudens in corde suo: non est deus:  
tanquam cause quereretur: vnde hoc posset dice-  
re imprudens subiecit. **Corrupti sunt  
et abominabiles facti sunt in iniqui-  
tatem suis.** Audi illos corruptos. Bi-  
xerunt enim apud se non recte cogitantes. Le-  
pit corruptio a mala fide: inde itur in tur-  
pes mores: inde in acerrimas iniquitates.  
Gradus isti sunt. Quid enim apud se di-  
xerunt cogitantes non recte: Exiguum et  
cum tedio est vita nostra. Ab hac mala fide  
sequitur illud quod et Apostolus dixit: Mandu-  
cemus et bibamus: cras enim moriemur. Ibi  
autem latius luxuria ipsa describitur: Corone-  
mus nos rosas antequam marcescant: ubique re-  
linquimus signa leticie nostre. Istas descriptas  
latius luxuriam: quid sequitur: Occidamus pau-  
perem iustum. Hoc est quod dicere: non est deus. Le-  
nia videbantur iam dudum loqui: Corone-  
mus nos rosas antequam marcescant. Quid delicatius: quod  
lenius? Sperares de hac lenitate cruces: gla-  
dios: Noli mirari lenes sunt et radices spi-  
narum. Si quis eas correctat non pungitur:  
sed quo pungentis inde nascitur. Corrupti ergo  
sunt isti et abominabiles facti sunt in ini-  
quitate suis. Dixit in corde suo: non est de-  
us. Si filius dei est: descendat de cruce. Ecce

Alia lra.  
non habet.

Alia lra.  
insipiens.

aperte dicere nō ē de<sup>o</sup>. Sed quō inter illos gemit corpus christi: Semuerūt iter illos qui tunc fuerunt apostoli: discipuli christi. Ad nos isti quid p̄tinent: Quō inter hos ⁊ nos parturimus: Adhuc sūt q̄ dicāt christus nō est deus. Hoc dicunt pagani qui remanserūt: hoc dicūt ipsi iudei qui ad testimoniu cōfusionis sue vbiq; diffusi sunt: hoc dicūt ⁊ heretici multi. Namq; arriani dixerūt non est de<sup>o</sup>. Eunomiani dixerunt nō est de<sup>o</sup>. Huc accidit fratres: qz ⁊ illi de quib<sup>9</sup> paulo ante dixi: qui male viuūt nihil aliud dicūt. Cū em̄ dicimus eis ch̄stum venturū ad iudiciū: quod dicunt scripture que nō fallunt. Illi autē magis aurē prebētes serpēti suggerēt: nō morte morier: qd̄ dixerat in paradiso: cōtra veritatez dei cōstituentis ⁊ dicētis: morte morier: ita faciūt mala vt dicāt sibi: veniet christ<sup>9</sup> ⁊ dabit indulgentiā omnib<sup>9</sup>. Ita ergo mendax est: Ip̄e dixit: qz separabit iniquos ad sinistra: sepabit iustos ad dexterā. Iustis dicitur: Venite benedicti patris mei: p̄cipite regnū qd̄ paratū est vobis ab origine mūdi. Iniquis dicitur: Ite i ignē eternū qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Quō ergo omnib<sup>9</sup> dabit indulgentiā: Quō neminē damnabit: Ergo mentit. Hoc est dicere: nō est de<sup>o</sup>. Elide ergo ne forte tu mentiaris. Tu em̄ hō es: ille de<sup>o</sup>. Deus em̄ verax. Dis autē homo mēdax. Sed quid de de istis o corpus christi: Separa em̄ te interim corde ⁊ vita: nec imiteris: nec assuescas: nec ānuas: nec approbes. Magis autē ⁊ redargue. Quid em̄ attendis ad istos qui hec dicūt: Corrupti sunt: ⁊ abominabiles facti sūt i iniquitatib<sup>9</sup> suis. **Nō est q̄ faciat bonū: nō est vsq; ad vnu.** Dominus de celo p̄spexit sup filios hominū: vt videret si est intelligens aut requirens deū. Quid est hoc: Corrupti sūt ⁊ abominabiles facti sūt: Isti oēs qui dicūt: nō est de<sup>o</sup>. Et qd̄ h̄ latebat deū tales esse factos: At vero nob̄ eorū interior cogitatio aperiret: nisi ab illo diceret: Si ḡ nouerat: si sciebat quid ē qd̄ dictuz est: quod de celo p̄spexit sup filios hominū: vt videret si est intelligēs aut req̄rens deū: Querētis em̄ verba sunt: nō scientis: de<sup>o</sup> de celo p̄spexit super filios hominū: vt videret si est intelligēs: aut requirens deū. Et tanq; inueniret qd̄ quesuit inspiciendo: ⁊ de celo p̄spiciēdo: dicit sententiā. **Omnes declinauerūt simul**

inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonū: nō ē vsq; ad vnu. Huc questiones oriuntur aliquātulū difficiles. Si. n. respicit de celo deus: vt videat si est intelligens aut requirens deū: subintrat cogitatio imprudēt: quia non omnia nouit deus. Hec vna questio est. Que est altera: Si nō est qui faciat bonū: non est vsq; ad vnu: quis est ille qui parturit inter malos? Illa ergo sic soluitur questio: qz plerumq; ita loquitur scriptura: vt qd̄ dono dei creatura facit: deus facere dicat: vt (verbi gratia) cū misereris pauperis: qz dono dei facis: deus misereatur. Cum cognoscis quis: qz illo allucēte facis: si is es qui dicas: Tu illuminabis lucernā meam dñe: deus meus illumina tenebras meas: qd̄ deo donante ⁊ faciente cognouerūt: ille cognoscit. Nam vñ est: temptat vos domin<sup>9</sup> deus vester: vt sciat si diligatis illū: Quid est vt sciat: Ut dono suo scire vos faciat. Sic ergo ⁊ hic deus de celo p̄spexit sup filios hominū: vt videret si est intelligēs: aut requirens deū. Assit ipse ⁊ donet nob̄ vt qd̄ cor n̄m fecit p̄cipere: faciat ⁊ parere. Ap̄lus dicit: Nos autē non spiritū huius mundi accepimus: sed spiritū qui ex deo est: vt sciam<sup>9</sup> que a deo donata sūt nobis. Hoc spiritu ḡ quo cognoscimus q̄ a deo donata sūt nobis: discernim<sup>9</sup> inter nos ⁊ eos q̄bus h̄ donata nō sunt: ⁊ ex nobis illos cognoscim<sup>9</sup>: qz si nos aliqd̄ bonū habere nō potuissē intelligimus: nisi illo donāte ⁊ largiēte a quo sūt omnia bona: simul videmus nihil tale posse habere eos quib<sup>9</sup> hec de<sup>o</sup> nō donauit. Ista diuiscētia nobis ex spū dei ē: ⁊ eo q̄ videm<sup>9</sup> hoc: de<sup>o</sup> videt: qz id de<sup>o</sup> videt vt faciam<sup>9</sup>. Hinc. n. dictū est ⁊ illō: Spūs. n. oia scrutat etiā altitudinē dei: si qz ille scrutat qui nouit oia: h̄ q̄ tibi donat<sup>9</sup> ē spūs te scrutari fac. Et qd̄ dono ipsi<sup>9</sup> tu fac: ille facere dicat: qz sine illo nō tu faceres. Ergo deus facere dicat cū tu fac. De dono spūs filiorū quib<sup>9</sup> datus est spūs dei respiciunt sup filios hominū: vt videat si est intelligens aut requirens deū. Sed quia id dono dei ⁊ spū dei faciunt: deus hoc facere dicat: velut p̄spicere ⁊ videre. Quare autē de celo: si hoc hoies faciūt: Quia dicit Ap̄ls: Nostra autē p̄uersatio in celis est. Vñ em̄ hoc facis vt videas: vnde prospicis vt intelligas: **Nōne corde: Si corde hoc facis christiane: vide si sursum cor habetas. Si sursum cor habes: de celo in terrā p̄spic. Et qz b**

Alia lra.  
† nō habet.  
† Deus.  
† videat.

dono dei facis: deo de celo pspicit sup fili-  
 os hominum. Illa igitur questio p modulo  
 nostro sic soluta est. Quid est qd pspicien-  
 tes agnoscimus: Quid est quod prospici-  
 ens deus agnoscit: Quicquid hic donat  
 agnoscit. Audi: qd: Quia oēs declinaue-  
 rūt: simul inutiles facti sunt: nō est qd faciat  
 bonū: nō ē vsq; ad vnū. Que igit illa alia  
 questio ē: nisi quā paulo an̄ cōmemorauī.  
 Si nō est qui faciat bonum: nō est vsq; ad  
 vnū: nemo restat qui gemat inter malos.  
 Expecta inq̄t dñm: noli cito ferre sentētiā.  
 Bonauī hoibus bñ facere: sed ex me inq̄t:  
 non ex se. Ex se em̄ mali sūt. Filij hoim sūt  
 qñ male faciūt: qñ bene filij dei. Hoc enim  
 facit deus ex filijs hoim filios dei: qz ex fi-  
 lio dei fecit deus filium hois. Videte que  
 sit illa p̄cipatio: p̄missa est nobis p̄cipa-  
 tio diuinitatis. Adentit qui p̄misit: si nō ē  
 prior factus p̄iceps mortalitatis. Fili⁹ n.  
 dei p̄iceps mortalitatis effect⁹ est: vt mor-  
 talis hō fiat p̄iceps diuinitatis. Qui tibi  
 p̄misit cōmunicandū tecū bonū suū: p̄-  
 tecum cōmunicauit mala tua. Qui tibi p̄-  
 misit diuinitatē ostendit in te caritatē. Er-  
 go tolle qd homines filij dei sunt: remanet  
 qd filij hominū sunt. Nō est qd faciat bonū:  
 nō ē vsq; ad vnū. Nōne sciēt oēs qd  
 operantur iniquitate: qui deuorāt  
 populū meū in cibo panis. Nōne  
 sciēt: Nōne illis ostendit: Sic murare: loq̄  
 re ex p̄turiente ⁊ dolēte. Plus em̄ tu⁹ de-  
 uoratur in cibo panis. Est qd hic plus dei  
 qui deuoretur: Lerte nō est qd faciat bonū:  
 nō est vsq; ad vnū. Respondet ex illa re-  
 gula. Sed iste plus qui deuorat: iste po-  
 pulus qui parit malos: iste qd genuit ⁊ partu-  
 rit malos: iaz ex filijs hominū filij dei facti  
 sunt: ideo deuoratur. Consiliū em̄ inopis  
 confudistis: quoniā dñs spes ei⁹ est. Ple-  
 rumq; enim vt deuoretur popul⁹ dei: hoc  
 ipsum in illo contēnitur: quia populus dei  
 est. Rapiam inquit ⁊ expoliam: si christia-  
 nus est: quid mihi facturus est: Loquit p̄  
 illo qui loquit p̄ parturiēte: ⁊ minat deuo-  
 rantib⁹ dicēs: Nōne scient omnes qui ope-  
 rant iniquitatē: Nā ⁊ ille qui videbat furē  
 ⁊ concurrebat cum eo: ⁊ cū adulteris por-  
 tionē suam ponebat: sedens aduersus fra-  
 trem suū detrahebat: ⁊ aduersus filiū ma-  
 tris sue ponebat scandaluz: dixit in corde  
 suo: non est deus. Ideo hoc illi dicit: Hec  
 fecisti ⁊ tacui. Suspiciat⁹ es iniquitates qd  
 ero tui similis: hoc est: nō est deus: si ero ti-

bi similis. Sed quid sequit. Arguam te: et  
 statuam te ante faciē tuā. Sed ⁊ hic arguā  
 te: ⁊ statuam te ante faciē tuā. Nō vis mo-  
 do nosse vt displiceas: nosces vt plangas.  
 Nō em̄ demonstratur⁹ est deus iniquis ini-  
 quitatem suā: Si nō est demonstraturus:  
 qui erunt qui dicturi sunt: quid nobis pro-  
 fuit superbia: ⁊ diuitiaz iactantia quid cō-  
 tulit nobis: Tunc ergo sciēt qui modo sci-  
 re nolunt. Nōne scient omnes qui operan-  
 tur iniquitatē: qui deuorāt populū meum  
 in cibo panis: Quid addidit in cibo panis:  
 Tanq; panē manducant populum meū.  
 Cetera em̄ que manducamus possumus  
 mō illa: modo illa: nō semper hoc olus: nō  
 semper hanc carnē: nō semper hec pomar:  
 semper panē. Quid est ergo deuorant po-  
 pulum meū in cibo panis: Sine intermissi-  
 one: sine cessatione deuorant. Qui deuo-  
 rant populū meū in cibo panis: **Deū  
 non inuocauerūt:** Consolatur gemen-  
 tem: ⁊ maxime ex cōmemoratione: ne imi-  
 tando malos: qui plerūq; p̄sperantur de-  
 lectet fieri malus. Seruatur tibi qd p̄mis-  
 sum est. spes illoz p̄sens est: tua futura est:  
 sed illoz fluxa: tua certa. illoz falsa: tua  
 vera. Illi em̄ deū nō inuocauerūt. Nōne  
 quotidie tales rogant deū: Nō rogāt deū.  
 Attēdite si possum⁹ b̄ dicere adiuuāte ip̄o  
 deo. Be⁹ gratis se vult coli: gratis se vult  
 diligere: hoc est caste amari: nō p̄pterea illuz  
 amari: qz dat aliquid p̄ter se: sed qz dat se.  
 Qui q̄ inuocat deū vt diues fiat: deū nō in-  
 uocat: b̄ inuocat qd ad se vult vēire. Quid  
 em̄ ē inuocare: nisi vocare in se: In se q̄ vo-  
 care: b̄ dicit inuocare. Nā cū dicit: de⁹ da  
 mihi diuitias: nō vis vt ip̄e de⁹ ad te veni-  
 at: sed vis vt diuitie veniāt ad te. Qd vis  
 vt ad te veniat: b̄ inuocas. Si aut deū iuo-  
 cares ip̄e ad te veniret: ip̄e esset diuitie tue.  
 Nunc aut vis habere arcā plenā: ⁊ inanē  
 conscientiā. Deus non implet domū: sed  
 pectus. Quid tibi profant exteriores diui-  
 tie: si te interior premit egestas: Ergo isti  
 qui propter secularia cōmoda: qui prop̄  
 terrena bona: qui propter vitam presentē  
 ⁊ terrenam felicitatē inuocant deum: non  
 inuocant deū. Propterea quid de illis se-  
 quitur: **Ibi timuerunt vbi nō erat  
 timor.** Nunquid enim timor est: si quis  
 perdat diuitias: Non est ibi timor: ⁊ ibi ti-  
 metur. Si quis autē perdat sapientiā vere  
 timor est: ⁊ ibi nō timetur. Audi: dinosce:  
 tales intellige. Cōmendatur nescio cui sa-

Alia lra.  
 t plebē meā  
 vt abum.

Alia lra.  
 t Illic trepidē  
 uerunt timore.

cellus: nō vult reddere: p suo computat. Nō putabat posse repeti: iam p suo habebat. Reddere extrectat: videat quod timeat amittere: et quod nolit habere. In dubium veniunt pecunia et fides: que p̄ciosior est ibi grauius damnū timendū ē. Tu aut vt aurū teneas: fidē perdis. Brauiori dāno p̄cuteris: et tu de lucro letar̄ es. Ibi timuisti timorē: vbi non erat timor. Redde pecuniā: parū dico redde: p̄de pecuniam ne fidē p̄das. Tu aut reddere pecuniā timuisti: et fidē p̄dere voluisti. Martyres nō aliena tulerūt: sed etiā suam fidē ne amitterent: p̄p̄ia cōtempserūt. Et parū fuit p̄dere pecuniā quando passi sunt: p̄diderūt et animā suam. Quādo p̄scripti sunt p̄diderunt animā: vt in vitā eternā inuenirēt eā. Ergo ibi timuerūt vbi timendū est. Illi vero qui ch̄usto dixerūt: nō est deus: ibi timuerūt vbi nō erat timor. Bixerūt em̄: Si dimiserimus eū: venient romani et tollēt nobis et locū et gentem. Stulticia et impudentia: dicēs in corde suo nō est deus. Timuisti perdere terrā: perdidisti celū: timuisti ne venirēt romani et tollerent tibi et locū et gentē: nunquid tibi tollerent deū: Quid ergo restat: Quid nisi vt fatearis: q̄ tenere voluisti: et tenēdo male amuisti: Perdidisti em̄ et locum et gentē occidendo ch̄istum: et p̄didisti et locū et gentē et ch̄istum. Timēdo occiderūt ch̄istū. Sed quare b̄

**Quoniam deus dissipat ossa hominibus placentiū: Et volentes placere hominib̄ timuerūt p̄dere locū: Ch̄istus autē ipse de quo dixerūt: Nō est deus: maluit displicere hominib̄ talib̄: quales illi erant: filijs hominū nō filijs dei maluit displicere. Inde dissipata sunt ossa eorū: illius ossa nemo cōfregit. Confusi sunt quoniam deus spreuit eos. Reuera fratres: quantū ad illos attinet magna illis accessit p̄fusio: In quo loco crucifixerūt dominū: quē ideo crucifixerūt ne perderēt et locū et gentem: non ibi sunt iudei. Deus ergo spreuit eos: et tū frangendo admonuit illos vt q̄ cōuertātur. Adodo cognoscāt ch̄istū: et dicant: deus est quē dixerūt nō est deus. Redeāt ad benedictatē paternā: ad hereditatē Ab̄rae Isaac et Jacob: possideant cū ipsis vitā eternā: et si vitā tp̄alē amiserunt. Quare hoc: Quia ex filijs hoīm facti sunt filij dei. Nā q̄diu manēt et nolunt: nō est qui faciat bonū: nō est vsq̄ ad vnū: p̄fusi sunt: qm̄ deus spreuit eos. Et tanq̄**

Alia lra.  
† dissipauit  
† eorū q̄ hoīb̄  
placent

ad ipsos cōuersus. **Quis dabit ex syon salutare israel: Stulti increpatis: insultastis: colaphizastis: sp̄ntis illinistis: sp̄ntis coronastis: in crucem erexistis. Quē: Quis dabit ex syon salutare israel: Nōne ipse quē dixistis: nō ē deus: In auertendo dñs captiuitatē populi sui: Nō em̄ auertit captiuitatē ppli q̄s: nisi qui voluit inter vestras manū esse captiuus. Sed qui hoc intelligēt: Exultabit Jacob et letabit israel. Vere Jacob et vere israel: minor ille cui seruiuit maior: ipse exultabit: quia ipse cognoscat.**

Alia lra.  
† dñs puerter  
deus  
† plebs iur.

Explicit Tract. de p̄s. LIII.

Incipit Tract. de p̄s. LIII.

**P**salmi huius titulus habet fructū p̄licitatis sue si intelligatur. Et quia psalmus breuis est: cōpensemus in mora tituli: quod in psalmo nō immorabimur. Inde em̄ pendet ois versus qui cantatur. Si quis itaq̄ cognoscat qd̄ in domus fronte p̄fixū est: securus intrabit: nec cū intrauerit errabit. Hoc em̄ in ipso poste p̄notatū est: quomō interius nō eretur. **Titulus eius se ita habet. In finem in hymnis: intellectu ipsi Dauid. Cum venerunt ziphei et dixerunt ad Saul: Nōne ecce Dauid absconditus est apud nos: Qd̄ Saul p̄secutor erat sancti viri Dauid optime nouim̄: qd̄ figurā gerebat Saul tp̄alis regni: nō ad vitā: sed ad mortē p̄tinētis. et hoc vestre caritati nos cōmēdasse meminimus. Itēq̄ q̄ ipse Dauid figurā gerebat ch̄isti: vel corpis ch̄isti: et nosse debens: et recolere quod iam nostis. Quid ḡ ziphei: Uic̄ quidā erat ziph: cuius habitatores ziphei: in quorū regione se abscondiderat Dauid: cū eū vellet Saul inuenire et occidere. Isti ḡ ziphei cū hoc cognouissent: p̄diderūt eū regi p̄secutori dicentes: Nōne ecce Dauid absconditus est apud nos: Nihil quidez p̄fuit illis p̄ditio eorū: et ipsi Dauid nihil obsuit. Nāq̄ animus eorū malignus demōstratus est. Saul vero nec post eorū p̄ditionē potuit cōprehendere Dauid: sed pot̄ in ipsius regionis quadā spelūca: cū ei manib̄ datus esset occidēdus Saul: pepit illi Dauid: et qd̄ habebat in p̄tate non fecit. Ille autē q̄ rebat facē qd̄ in p̄tate non habuit. Ziphei ḡ illi viderint q̄ fuerint. Quid nob̄ psalm̄ ex illorū occasione intelligēdus offerat videamus. Queram̄ ḡ quid interpretent ziphei: Inuēim̄ florētes. Florētes ḡ nescio**

Alia lra.  
† dñs puerter  
deus  
† plebs iur.